



EGIDIJ van der MEEN

Viri Nobilissimi,

ANTIQUA

POMERANORVM

RESPUBLICA.

§. I.

Pomeranorum Remp. liberam, neq; ullius (1) potestati olim obnoxiam fuisse, constat: utut sibi in illam & (2) Polonus & (3) Danus, Germanus quoq; jus asserere fategerunt. Limites Pomeranæ ditionis vararunt. Quondam adeò ampli fuerunt, ut omnem (5) à Varnavia maritimam oram ad Vistulæ ostia, Cassubiam, Pomerelliam, cum Marchijs nova & Ukerana comprehenderint. Multis autem hinc inde agitatibus bellis, Serenissimis Electoribus tandem (6) Marchiæ cesserunt. Meklenburgensibus etiam (7) quædam accessisse credendum: vario bellorum eventu. Ulterioris Pomeraniæ & Cassubiæ magna pars quod alijs adjecta, (8) causa fuit Venedorum, illas terras colentium, odiū erga Germanam Nationem, quæ ex illo tempore, quo Principes Pomeritioris in numerum Germaniæ Ducum recepti, hujus incolas Venedos oppresit; ut veteres migrare coloni, & ad illos antiquorum morum observantes se conferre fuerint coacti; sed tamen vi armata Duces magnam (9) partem tanquam Successores (10) ab intestato sibi vindicarunt: tandem (11) Lauenburg & Bütovv, coalescente amicitia cum Polonis, ut Feudum ipsis collatum, unde etiam Leoburgensium & Bütoviensium terrarum (12) Domini sunt scripti. Rugia (13) verò peculiaris Principatus, postquam etiam Rom. Imperij (14) Principatibus insertus, per Pactum gentilitium (15) Pomeranis cedit. Gützkoviæ quoque Comitatus (16) olim suæ ditionis, post Feudum Pomeraniæ Ducum, defunctis masculis (17) rediit ad Dominos, ita Bogislaus XIV. Ducum

cum